



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

391. Ut nullus alterius servum ordinare præsumat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De examinatione ante ordinationem.

Ex eodem, cap. cxxxvi.

CCCLXXXVIII. Ut Presbyteri non Lib. i. Capitular. c. 142.
ordinentur priusquam examinentur.

De eadem re. *Ex Concilio Meldensi*

cap. lii.

CCCLXXXIX. Qui verò ex nostris Concil. Meld.:
parœchis aut ad Titulum aut absolute ordi- c. 52.
nari petuntur, nullatenus ordinentur nisi aut
in loco certo & religioso, vel etiam in civita-
te, saltem uno anno immorentur, ut de vita
& conversatione atque doctrina illius certitu-
do possit agnosciri. Et nemo absolute ordinare
quemquam presumat, sicut sancti sanxerunt
canones. [Vide infrà cap. 442. hujus libri.]

Ut ordinati litteras accipiant à suis ordina-
toribus. *Ex Concilio Africano.*

CCCXC. Placuit ut quicunque deinceps Concil. Afric:
ordinantur per provincias Africanas, litteras c. 56.
accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum Burchard. lib.
subscriptas continentes Consulem & diem, ut 2. c. 46.
nulla alteratio de posterioribus vel anteriori-
bus oriatur.

Ut nullus alterius servum ordinare præsu-
mat. *Ex epistola Leonis Papæ.*

CCCXCI. Non admittantur passim ad Decreta Leo-
ordinem sacrum quibus nulla natalium, nulla nis I. c. 1.
morum dignitas suffragatur; & qui à dominis
suis libertatem consequi minimè potuerint,
ad fastigium sacerdotij, tanquam servilis vili-

M

tas hunc honorem capiat , non provehantur.
Et probari Deo posse creditur qui domino suo
necdum probare se potuit. *Et post pauca.* De-
bet esse immunis ab aliis qui divinæ militiæ
fuerit aggregandus ; ut castris dominicis , qui-
bus nomen ejus adscribitur , nullis necessita-
tum vinculis abstrahatur.

De eadem re. Ex Concilio Mogontiacensi
cap. xxvi.

Concil. Aure-
lian i. c. 8.

Concil. Vvor-
mac. c. 40.

Vide Concil.
Mogunt. sub
Kar. M. c. 23.

C C C X C I I . Si servus absente aut nel-
ciente domino , Episcopo autem sciente , Dia-
conus aut Presbyter fuerit ordinatus , ipse in
clericatus officio permaneat , Episcopus an-
tem eum duplii satisfactione domino perfol-
vat. Si vero Episcopus servum eum esse nel-
cierit , qui testimonium de illo perhibent , aut
eum postulant ordinari , simili recompensatio-
ne teneantur obnoxij.

Mutila est prima pars istius capitinis , adeo
que nullum sensum habet. Sic itaque sup-
plendus est hiatus ex editionibus Concilij Au-
relianensis : Si servus , absente aut nescien-
te domino , & Episcopo sciente quod ser-
vus sit , aut Diaconus &c. De servorum
porro ordinatione vide infrà cap. 396. huius
libri.

Ut nullus ministrorum alterius parochia
Clericum latenter ad ordinationem sub-
introducat. Ex epistola Innocentij Papa.

Decreta In-
noc. I. c. 140.

C C C X C I I I . Ut de aliena Ecclesia Cle-
ricum ordinare nullus Episcopus usurpet , nisi
alterius Episcopi precibus exoratus fecerit , ut